



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Hertuuico scholare, qui vidit formam sa[n]guinis in calice in Risene,  
cap. 20.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

Hyldeboldus Comes de Limberg, vir fide & opere parum catholicus. Heylardus verò sibi rimens, magistro Ioanni Decano Aquensi visionem retulit, à quo illam ego didici. Quòd autè huiusmodi visiones quòdoque fiant, non solum ex culpa sacerdotis, verù etià ex perfidia circumstantium, subsequens probat exemplum.

## CAPVT XIX

**R**etulit mihi iam dictus magister Ioannes alià de sanguine Domini visionem satis terribilem. Cùm in ecclesia sancte Walburgis in\*Hildesheim, vnde ipse oriundus est, sacerdos missà celebraret nomine Albertus, cuius quidam post tergum eius stans, cùm ea quæ ibi tractabantur minùs crederet, liquorem ita in calice exundare vidit, vt ad instar ollæ feruentis supereffluens, totam altaris superficie operiret. Qua visione satis est territus, & spero quòd per illam ad fidem sacramenti sit reductus; habebat autem liquor exuberans formam sanguinis humani, ac si ei voce Christi diceretur: Ego in ara crucis propter te sicut aqua effusus sum, & tu de medicina tua dubitas?

\*al. Hildesheim.  
deschē.

[Psal. 2 B.]

## CAPVT XX.

**I**oannes pastor de Risen, frater carnalis monachi nostri Bernardi, missam quadam die celebrauit, & ministravit ei scholaris quidam adultus, nomine Hartwicus: qui cùm post perceptionem corporis & sanguinis Christi vinum calici infunderet, visibilis cruoris formam in eo vidit, sacerdos verò videre non potuit, & ideo fortè, quia ipse in culpa non fuit. Idem adolescens, clericatum deserens, factus est miles, & vsque hodie se Christi sanguinem fundere ostendit, quia multos deprædatur & affligit. Referam tibi aliam visionem, de qua mihi non constat vtrum propter sacerdotis aliquod meritum, siue culpam, vel circumstantium ostensa est.

## CAPVT